


1785

m

... cum  
re, & Corpus  
ins, cum  
Eus  
In  
om.  
com.

27 Sabl



~~Handwritten scribbles and crossed-out text~~

10 / 150 / 15

50  
50

Erzählung  
und viele  
geschichten

C. XVII. 23



Faint, illegible text or markings, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text or markings, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

(15)

S I G N A  
V E R I S L A U R E A T I,

è veterum fastis,

Ad faustum novi sæculi exordium,  
symbolicis constellationibus,

O B S E R V A T A.

Meritibus, Virtuti, ac Labori,

XI. VV. DD. Primæ Laureæ Candidatorum,  
Dum in Vniversitate Studii Generalis Cracoviensis,

<sup>P E R</sup>  
*Clarissimum ac Admodum Reverendum Dominum,*

D. M. ADALBERTVM IOSEPHVM

D Z I E L S K I,

Philosophiæ Doctorem & Professore,

Collegam Minorem, Ecclesiæ Collegiæ SS. Omnium Cracov:  
C A N O N I C V M.

Artium & Philosophiæ Baccalaurei,

R I T E C R E A R E N T U R.

In vim fraterni affectûs

<sup>A</sup>  
P E T R O B V C H O W S K I, Varm.

Ejusdem Laureæ Candidato,

C O N S I G N A T A.

Anno Incarnatæ Salutis 1701.

à prima lubilei per Bonifacium VIII. PP. celebratione anno 401.  
à lubileo verò Moysis Levit. 25. completo, anno 3121.

C R A C O V I Æ.

Ex Officina Francisci Cezary, S. R. M. Illustris. ac Reverendis. Dni Episcopi Cracov.  
Ducis Severiæ; necnon Scholarum Novoduoricianarum Typographi.

REGI SÆCULORUM

IMMORTALI,  
DOMINO DOMINANTIVM;

PATRI Ingenito, & in abscondito videnti,  
CREATORI INEFFABILI,

Vocanti, Prædestinanti, & Providenti:

FILIO Genito, Verbo, à Patre Luminum descendēti,  
SALVATORI CLEMENTISSIMO,

Gubernanti, Iustificanti, Redimenti:

SPIRITVI SANCTO ex Patre Filioq; Procedenti,  
SANCTIFICATORI OPTIMO,

Conservanti, Glorificanti, Illuminanti:

DEO TOTIVS CONSOLATIONIS,  
Incomprehensibili, Infinito, Immenso,

Coequali, Coæterno, Coessentiali:

Tremendæ Trinitatis Vnitati,

& Trinæ Monadi,

Potentiâ, Sapientiâ, & Bonitate,

tribus digitis molem Vniversi Tenenti

A Laborum claudens Ω

in Agno, seu Ariete salutem humani Generis Perficienti:

ad cuius potestatem Nomenq; gloriæ,

Cœlestium, Terrestrium, & Inferorum motus

tremente curvantur genu:

In æternæ profundissimæ adorationis symbolum

Opellam hanc, Primitias laboris mei publici,

ad fastum Novi Sæculi Exordium,

pono, confesco, & dedico

cum inscriptione,

מִן הָעוֹלָם וְעַד הָעוֹלָם

הוֹדִינוּ שְׁמֶךָ

*Hoc est,*

à sæculo & usq; in sæculum  
confitebimur Nomen Tuum.

Eiusq; Sanctissimæ Virgini

**MATRI MARIÆ, ΘΕΟΤΟΚΟ**

Vniversitatis Cracoviensis

**ADVOCATÆ, PROTECTRICI, & DOMINÆ,**

in Porta Majoris Collegii Thaumaturgæ;

Portas Cœlestes


è Siderum combinatione,

per quas unicuiq; ad Supremam Patriam patet aditus;

In cultum dulciæ consecro

**C V M L E M M A T E :**

**Te Duce.**



V gustam Cæli Dominā, Terræq; Potētem

Divitias hominum, Deliciasq; DEI

Si quando scrutor, nostris Hæc Sola stuporē

Inducit rebus; cunctaq; mira probat

Cui Pater æthereis Natum demisit ab oris,

Vt tantis meritis munera digna daret;

Illam dum nulli referendam legerat Arcam,

In qua clausa foret nostra redempta salus.

O quàm sublimè hoc, & quàm mirabile donum!

Quo nihil in terris carius esse potest!

Illam viam, portamq; gerit, quæ ducit ad ipsam

Vitam, mortales; Hanc velut aura fugit

Cerberus & Furiæ, Chaos & Styx, deniq; quidquid  
Horribile & foedum dæmonis aula tenet.  
Illius auspiciis oculorum lumen ademptum  
Protinus antiquæ lucis in esse manet.  
Quiq; graves morbos, & tristia fata tulere;  
Hac hilares peragunt auxiliante dies,  
Urbis dum Craciæ flagrârunt oppida flammis,  
Obruta erant unô templa domusq; rogo:  
Huius tutelâ, non Suetica tela, nec ignes  
Maiori poterant usq; nocere Domo.  
Sed Te, non opis est nostræ laudare MARIA!  
Laudent in portis Te Tua sacra opera.  
Ecce DEI sapientiæ opes in limine præstò,  
Huc age qui transis, lumina; sponte vocant.  
Post Natum translata suum, Dilecta Ioannem,  
In templo renuit laudis honore coli:  
Nempe Augusta magis mundi Rectore, stupendâ  
Coelos non templum fabricat arte sibi.  
Hinc Tanta ac Talis cùm sis; nostras quoq; laurus  
Subiectas pedibus nunc patiare sacris.  
Nam prostrata semel docuerunt sceptrâ Cothurnis,  
Fortunam Regum non meliore loco  
Inter tot rerum discrimina posse reponi:  
Quàm cùm prona tuos excubet ante pedes  
Ipsa, triumphali quæ subiacet orbita plantæ,  
Monstrat deberi (quidquid in orbe) tibi.  
Cunctos ergo tuo complectere Virgo favore,  
Cœlestiq; Tuâ nos tueare manu.



B. I O A N N I  
C A N T I O,

C O N F E S S O R I,  
Regni Poloniae, & Almae Academiae Cracoviensis  
T V T E L A R I.

Ὁ ΤΩΝ Ζωδίων κύκλος, sive in Sphaeram expansus Signifer; in quo Divus  
Patriarcha Solis instar, caelestium influxu gratiarum refulget.

C U M L E M M A T E:

Da lumen ab alto.



D astra C A N T I! Zodiaco super  
Evolvè cursus; sunt Tibi lucido  
Cum Sole virtutes eadem;

Scande viam, superesq; cælum.

Rotis verendum nè timeas iter;

Non vana poscis! jam tumidus Draco

Placavit iras, unde labens

Eridani quadrupes lupatò

Accendit undas. Axis ahænea

Per astra stridens Te Duce comprimat,

Taurumq; post fulvum Leonem,

Virgineos micet inter ignes.

Dotes coruscis pro radiis habes:

Quas aure pronâ Romulei bibunt

Colles; refluxu gratiarum

Quas celebres venerantur oræ.

Perfundis alto lumine gloriæ

Septemtrionis Regna, nitentibus

Hinc indè flammis, more Phæbi,

Continuò recreas cadentem

Splendore vitam: postq; cubilia

Ægris vigorem reddis; ut abditum

Cum Sole per mundum revisas!

Regna, Duces, populosq; lustres.

Sed, & quòd atrâ nocte reduxeris  
Vitam fugacem; quodvè represseris  
Martis furores; & salubri  
Aèra forte modò usq; serves,  
Clarefcis Orbi; non aliter nisi  
Vt Solis ignes, munere prospero  
Miremur in Te, tot favorum  
Vt radios videamus amplos.  
Miranda sêclis fama scientiæ,  
Te per Magistrûm pulpita prædicat,  
Dicuntq; passim, Cantianæ  
Quid valeant monumenta vitæ.  
De Sole nè quid luminis abstraham  
Tacebo vates; cârmine proferam  
Sub nocte, devotæ calentes  
Fervidiùs pietatis ignes,  
Virtutis ergò da radios Pater!  
Phœbiq; suavi stelligeras domos  
Evolve cursu; quò novella  
Laurigeris revireseat umbris  
Sors literarum; fac Patriæ dies  
Nostræ serenos; divite depluas  
Cœlo favores; fac ut isto  
Vere novo vireantq; Signa.

CLARISSIMIS & ADMODVM REVERENDIS DOMINIS,  
DD. EXAMINATORIBVS,

*Clarissimo ac Admodum Reverendo Domino,*

**D. M. ANDREÆ BUCHOWSKI**

Philosophiæ Doctori, Collegæ Majori, Regio, & Ordinatio  
Geometriæ Professore, S. ANNÆ Canonico, Curato  
Proboſovicensi, ac interea Philosophicæ Facultatis

D E C A N O.

*Clarif.*

*Clarissimo ac Admodum Reverendo Domino,*

**D. M. GABRIELI PROFECKI,**

Philosophiæ Doctore, & Regio Professore, Collegæ Majori,  
Sanctæ ANNÆ Canonico, Curato in Michałow.

*Clarissimo ac Admodum Reverendo Domino,*

**D. M. ALBERTO JOSEPHO  
D Z I E L S K I,**

Philosophiæ Doctore, Collegæ Minori, Sanctorum Omnium Canonico.

*Successio secundum seriem Signorum,*

CUM LEMMATE:

Desuper omne bonum.

**M**Artius auricomi postquam per vellera Signi  
Vidisset radiare rotas, Phœbumq; flagello  
Romuleo Patri, fixos propellere menses:  
Rex (dixit) salveto poli, post frigora brumæ,  
Iam flammis succende Tuos tellure Triones.  
Candida Bistonis quid squallet terra pruinis?  
Tolle nives, jubeasq; rosas per prata, superbum  
Ferre caput, campis calathos halare sivarves,  
Quam depressit Libra diem, quam Scorpius ictu  
Afflixit, fusaque polo domuere Sagitta.  
Tristibus & circum persudit Aquarius undis,  
Gaudia nec taciti sparsere per aëra Pisces.  
Tu modo flammivomis accendas Phæbe quadrigis  
Liberius scrutare polos, rectoq; sereno  
Iam lustres telluris opes. Mox Ariete misso  
Ad Taurum descende tuum; Geminisq; tenellis  
Da vultum Cancroq; genas; & Rege Leone  
Rex sublimè mices; post casta Virginis, auctum,  
In dotem trans mitte jubar. Vix Martius ergo  
Exitum verbis, linguæ posuitq; quietem;  
Hæc Titan responsa dedit. Sententia Mensis  
Arridet persuasa mihi, primarius hospes  
Arietis ipsus ero; per cætera Signa coruscus  
Ibo. urgensq; rotas abscondit in ore loquelam.  
Sic Pater Arcitenens cæli procedet in axe.  
O Magni quos Stoa colit, Peripatus adorat!  
Vos similes tentate vias, sunt Signa pudendis  
Non monstris funesta quidem, nec qualibus astra

Terrent, & varijs deturpant sidera formis,  
Virtutis sed nota modis. Tua Purpura primum  
Extendat radios pulchrósque resurgat in ignes  
BVCHOVI. Te Fama celer devexit in orbem,  
Te virtus per summa tulit, non limite tantum  
Circumscripta iacet, totus quò permeat orbis,  
Indefessa sonat. prono Te murmure Tibris  
Imbibit, & nomen latum diffudit in æquor.  
Non juvit laudasse humiles: diademata semper  
Fudisti, Sceptraq; pedes numerasse videbam,  
Cum Ducibus tacite texebas carmina magnis.  
Exilem sed linquo chelym, non murmura fingam  
In laudes, animo Tua facta stupebo silenti,  
Et tacita Te voce colam. Vos vero sequentes  
Iam metrò majore canam: procurrite laudes  
Et magnum meritis Vestro cumuletis honore  
PROFECKI, quem fama colit, quem rostra coronant:  
Quidquid magnifici stupuerunt secula, ferme  
Hic possessa tener, quo tantum Stoa labore  
Sudarvit, perfecit opus, quo Tullius ore  
Dixerat, hic fingit magnum dicendo Parentem.  
Non steriles sacra Templorum in verba Cathedra  
Continuò magnum cupiunt audire Periclem;  
Nec pereunt cura, quas non dignentur honores,  
Et solvant mercede pari; majoribus olim  
Fulgebit virtutis apex; modò vita superstes  
Decurrat longum tempus felicibus annis.

Iam Tua propensis instant encomia vocis,  
Te DZIELSKI illatura polo: profusa laborum  
Exambit moles, circumstant ordine longo,  
Hic scriptis violata quiet, hic carminis alti  
Entheus, in studium, varijs splendoribus actum.  
Fervida Doctiloquo dictat Te Musa coarburno,  
Et stipant Sophicæ circum per castra phalanges,  
Has animas, & bella moves, vel tela ministras:  
Qualia nec magnus Zeno dictavit Athenis,  
Nec misti doctis Satyri, stupuere bicornes.  
Tam celsi, dotes animi si prisca viderent  
Secula, magnifico vixisses semper honore.

Vos tandem medio circum labentia celo  
Signa Viris, pulchros posco signetis honores;  
Et vitæ veniant census, longæq; salutis  
Gloria, conspicuos vivas regnata per annos.

S I G N A  
V E R I S L A V R E A T I  
I. V. D. FRANCISCO NIEWIESKI

*Aries, Græcis κείος, oriri incipiens, faustum Veris initium de-  
terminat; à Phryxo olim Iovi & Marti consecratus, stellis  
transfigurari in calo meruit. Apud Romanos ad eius  
ortum Ludi Martii inchoabantur.*

CUM LEMMATE:

Auspice celo.

**I**mpexis, Aries, ajunt, quòd crinibus ortus  
Sidera fausta regat, quæ magnis sæpè nequibunt  
Parere Ingeniis: hic calcat fortiter octo  
Astra, decemq; suo pede; Veris solus & ipse  
Limina prærumpit, postesq; à cardine vellit;  
Frigida sub clausa terra quas bruma tegebat;  
Et densas coeli purgat caligine Sphæras.  
Hoc Signum, quondam Divis Martiq; Ioviq;  
Colchidis ante aram, sacratum, more priorum,  
Stellis præinctum, meruit conscendere coelos,  
Primævasq; faces accendere lumine Phœbi.  
Martius hoc Signo, claret, ludiq; Gradivi  
Romanis festi fuerant; quòd limina Veris  
Inchoet, & bellis Aries promitteret ortum.  
NIEWIESKI primam spem nobis munere laudis,  
Ingeniq; Tui præclaris dotibus affers;  
Qui virtute Tuæ mentis super æthera scandis,  
Altrorum seriem numerans, ortusq; domosq;  
Et Solis, Lunæq; vias docto ordine scribis.  
Te Maternus honor, Te magni fama Parentis  
Commendat celebrem, faustos quoq; spondet honores,  
Cujus & exemplo noster componitur ordo.  
Ergò Tu reuera primæ vestigia laudis;  
Festaq; Mavortis per ludos ipse Minervæ  
Transmuta; vitæq; Tuæ probitateq; morum,  
Principium Veris dictis scriptisq; corona.

II. V. D. STEPHANO BENISCH, Crac.

*Arcturus, in Martio emergens Sidus è Signo Boovis, ad cuius ortum  
æchronicum, Romæ, Iovi Cultori dies festus dicebatur.*

CUM

CUM LEMMATE:  
Accedent Veris honores.

**R** Is septem, rutilum designant astra Bòóten,  
Quem perfundit Lumine clarus  
Arcturus, nimium primævo cognitus ævo,  
Et melius sua sidera lustrat,  
Principium Veris spectato spondet ab ortu,  
Festivos Florumq; nitores.  
Ver nitet hoc Signo; claris Romanaq; Templa  
Luminibus decorata refulgent;  
Cultoriq; Iovi plaudentibus undiq; linguis  
Festus honor Lauriq; dabantur.  
BENISCH accedis splendens quasi lumen ab ortu,  
Ingenio virtuteq; clarus;  
Materiem calamo præstas, suadamq; canoram,  
Procedens per pulpita Stoa.  
Ergo cum tantis donis, tantoq; favore  
Te rerum natura beavit;  
Arcturus velut, ingenii splendore tenebras  
Insigni dissipato nostras;  
Difficiles nodos, & rerum enigmata solve,  
Hoc præclara mentis acuto  
Conceptus; sumas quo faustos Veris honores,  
Doctrina decus atq; perenne.  
Sic crescat cultus Divini Nominis ex Te,  
Et series longissima Veris.

III. V. D. IGNATIO MICHAŁOWSKI, Crac.

Lucida Persei Stella, ob memoriam Andromedæ servatæ in Martio apparetis  
quâ visâ apud Romanos Minervæ festum celebrabatur.

CUM LEMMATE:

Fugat ista tenebras.

**Q** Vando Aries oritur, consurgit pars quoq; læva  
Nominis Andromedæ,  
Atq; Caput Persæi, post Scuta & Lilia, punctis  
Cardineis rutilans.  
Præcingi meruit, cœlum nimumq; calenti &  
Lucifero hoc radio:  
Cujus splendorem Latii dum culmine Montis  
Ipse Quirinus Olor  
Cerneret; edixit celeberrima festa Minervæ  
Atq; dies hilares,  
Nunc igitur Pallas quando pro more Priorum  
Laurea ferta parat,  
Insignem

Insignem meritis doctrinam ad Festa Minervæ  
Cerno nitere Tuam:  
Eloquio celebri, præclaro & acumine mentis,  
Ingenio & facili,  
Præfulges MICHAŁOWSKI, spondesq; cathedræ,  
Pieridumq; choris  
Ornatum mentis, ceu quoddam sidus ab alto,  
quo fugias tenebras.  
Ergo succrescas ad veræ laudis honores,  
Sideris auspicio:  
Culmina Parnassi, claros Phæbiq; labores  
Condecora meritis.  
Ad votum veniant virtutum munera quæq;  
Prospera, Vere novo.

V. V. D. IACOBO ARAKIEŁOWIC,

*Lyra achronicè oriens, Festa Iuvenalia Mense Martio  
Romanis intimavit.*

CUM LEMMATE:

Omne prospero.

**G**nosiacam sequitur niveo vicinus Olori  
Engonasis, dulcemq; Lyram miratur & audit,  
Quæ lucens etiam coeli regione locatur,  
Nec non flammiferis radiis nova sidera monstrat.  
Cujus ad exortum Romæ Iuvenalia festa  
Insigni populi plausu, multoq; nitore,  
Ad Capitolini siebant culmina montis.  
Sic Lyra festivos coeli terræq; favores  
Vere novo retinet, celebres & Apollinis arcus.  
Ad juga Parnassi transmittit munere Lauri.  
Nunc quando similis celebratio contigit isthoc  
Sub Signo, Cujus festo Lyra surgit ab ortu;  
ARAKIEŁOWIC fulges virtutibus, atq;  
Doctrinæ lumen spargis, vitæq; nitores:  
Scilicet eloquiō & Romano Tullius ore  
Utrò commendat Te, constans undiq; fama  
Circumstat, facili & pro Rostris munere spondes  
Insignes meritum titulos, altasq; cathedras.  
Accedit pariter doctæ constantia vitæ,  
Et fervor studii, Lesboum carmen, & ingens,  
Parnassi cultus, concentus deniq; morum,  
Ceu Lyra præfulget, lauros nostrasq; coronat.  
Hoc procede Tuo niveo sub sidere, doctum  
Mularumq; chorum Cracium tot dotibus orna.

VI. V. D. IOANNI GNIATKIEWIC,

*Pegasi Sidus manè se occultans, faustum Veris tempus indicat,  
quò visò Romæ festa Hilaria celebrabantur.*

CUM LEMMATE:

Felicibus alis,

**I** Aetatis fugitans vertice Pegason  
Matris progenitus, sidera motibus  
Penna qui tetigit, promeruit novo  
Calos scandere lumine.

Densis ipse caput nubibus ingerens,  
Se cum luce sua subtrahit Orbita,  
Signis non dubiis prospera floridi  
Veris tempora nuntiat.

Hinc dum Romuleis sidera gentibus  
Hæc apparuerant, semper Hilaria  
Fiebant, hilares omnibus undiq;  
Applausus geminantibus.

Astrum Pegasium Tu melius mihi  
Fulges; qui in stadio munere prospero  
Doctrina veniens ad sacra culmina,  
Splendore ingenii nites;

In Te prisca manent dogmata cognita,  
Fulgent & melius dotibus è Tuis  
Festiva cathedra; quando laboribus  
Ista hæc continuò beas.

Sic ergo rutilans fulgidius mica,  
GNIATKIEWICZ melior currito Pegason,  
Ex virtute novam in Gloriam honoribus,  
Fidus quam voveo Tibi.

VII. V. D. STANISLAO BROSZKOWSKI

*Argonavis ob prosperum Iasonis navigium meruit in celo figurari,  
cujus stelle visæ Castoris & Pollucis, diem festum Romanis  
indixerunt.*

CUM LEMMATE:

Expansis velis.

**I** Asonis Navis nimium venusta,  
Aureum vellus Colubri sopore  
Quod tulit, claris micat inter astra  
Inchya flammis.

Litus



*Litus hoc Grajūm celebrat stupore,*

*Calchidis fulvō recreat metallō*

*Thracias Vrbes, Iovis, & furentis*

*Regna Gradiū.*

*Hac diem festum potiore iure*

*Oebalo, Romæ genitum revexit,*

*Et novos ignes meruit perenni*

*Sumere lege.*

*Tu gravem cū nunc superas charybdim,*

*Atq; scyllarum scopulos ab arte,*

*Pergis audaciter velut inter altos*

*Gurgite fluctus;*

*Solvīs & nodos veterum Sophorum;*

*Lucet ac in Te pietatis ardor,*

*Candor & morum, ut potiore lauros*

*Iure corones.*

*Advehis nobis peramica Stoa*

*Dogmata, & puri Latīq; fontis*

*Optimam suadam, velut albo ab ipso*

*Vellere dicta.*

## VIII. V. D. THOMÆ MAIEWSKI

*Vergiliæ, Vespere, occasu Heliaco se occultantes, quo tempore Isidis*

*Navigium apud Romanos celebrabatur.*

CUM LEMMATE:

Flantibus Ethesiis.

**I**Sis Delicium Patris supernum

Pergrati Inachi, ab hinc Io vocata:

Magnis quam rapuit dolis per Orbem

Summus Iuppiter, in novam juvencam

Celsit magnanimæ sopore misso

Iunonis; tulit & stupenda quæq;:

Ast Hæc auxilio Iovis beatum

Portum frugiferi tenendo Nili,

Formam præteritam recepit, atq;:

In stellis meruit supra locari.

Hanc ritu memori per Astra famam

Gentes Romulæ diu colebant,

Visis Vergiliis rubente Phæbo.

MAIEWSKI radiis stupore summo

Fulges eloquii, sophosq; quando

Percurtis melior Demostenes, &

Concludis potior tuum perennem

D

Ascen-

Et manè frigens; Numina victimis  
 Placabat. Ast nunc Pallas honoribus  
 Nos quando vestit laurearum;  
 Tu renovas celebrem hunc nitorem;  
 Ceu lumen ardes ingenio Tuo,  
 Menteseq; nostras irradias bene;  
 Tu literis nostris decorem  
 Addis, & has recreas, beasq;  
 Constanter ergo Maxima nunc Tua  
 Virtus in altis crescat Honoribus,  
 Et laudibus magnis; eatq;  
 Per titulos, memoresq; fastos.  
 Tu vive nostri Gloria, Tu decus  
 Et Lumen alto sidere luceas;  
 Ad Cujus ardorem serenum,  
 Laus Tua perpetuo perennet.

IV. V. D. PETRO BVCHOWSKI, Varm.  
 Primæ Laureæ Candidato,  
 A V T H O R I O P E R I S.

*In argumentum mutui affectus, & gratulatorij applausus,*

I. V. D. FRANCISCVS NIEWIESKI,  
 Ejusdem Laureæ Candidatus, offert

*Coronam positam ad Borealem plagam propè Bootem, stellis octo adornatam.*

C U M L E M M A T E:

His splendoribus aucta.

**S**Vrgit ab æquoreis undis cum Sole Corona,  
 Lultrat Cecropius in noctibus igne rubenti  
 Ludentem somnos, & adurit luce Poëtam.  
 Vt videat laudis præclaræ mane serenum.  
 Delicium Phæbi BVCHOWSKI, sydere fausto  
 Accensum meritis totum quod fundis in Orbem.  
 Hinc Oriens famæ spondet, quod præpete cursu  
 Conscendes medium Virtutum fulgidus Axem.  
 Diceris & Nostris charus magis esse medullis,  
 COR nostrum capiens, hinc syllaba prima CORONÆ.  
 Gnosia Mercurii naturam tractat abundè,  
 Ambrosiam fandi labiis instillat apertis.  
 Sumpstisti solidæ Nomen de Nomine Petræ,  
 Quæ pretium superans adamantis, durius obstat.  
 Vt studii vincat curas solidetq; laborem

Ingenii; Nitidus præstanti Philosophiæ  
Ductricis vitæ cultu iuadæq; Cothurno  
Pulchrior insertus, fulges splendore, Coronæ.  
Palladis in campo generosè bella gerebas,  
Victrices pugnas compensat Laurea prima.  
Ergo ubi præclaros poscent Tua facta triumphos,  
Accipias, qui nos laudis clangore sonabas,  
Pro spoliis canimus de Te præconia, dignas  
Solvimus & grates. Tu magni munia Fratris  
Inspice; doctrinæ claros imitare labores,  
Sic Cælum Lechicum Cracias tum munere Musas  
Condignis factis, scriptis quoq; condecorabis.

E I D E M.

IV. V. D. PETRO BVCHOWSKI,  
Primæ Laureæ Candidato,  
A V T H O R I O P E R I S,  
M A R T I N V S B I R M A N,  
Ejusdem Primæ Laureæ Candidatus,

In contestationem mutui affectus adscribit

*Signum Oloris, ad quod in Græcia Orgia Sacra ab Orpheo instituta fieri  
solebant in montibus circa Veris initium; nam Olympia, seu γυμνικόν cer-  
tamen, in æstate circa solstitium mense Παιωνί seu Iunio fiebant.*

C U M L E M M A T E:

ἐκ τῆς κοθρῶν ἢ λένδρον γνώσκος.


**C**ignus in æthereis currens fulgentior oris,  
Fulgidus ad Cytharæ permeat astra locum;  
Cui via sublimis cælo manifesta sereno,  
Lactea consurgit, datq; iter ad Superos.  
Hujus ad exortum, quæ condidit Orpheus, olim  
Orgia Dardaniis culta fuere jugis.  
Ex Te par surgit nivei splendoris imago,  
Carminè Lesbòo qui modò Signa canis.  
Pegaseum non ungue vadum, cytharamq; canoram,  
Sed cupis Ausonio sollicitare metro  
Sidereos motus; doctrinæ munera quæq;  
Pangis, & exculpto carmine fingis opus.  
Stellatos scribis cælos, tum Veris honores,  
Et nisi præclaras pagina versat opes.  
Te similis fortuna fovet, Te candor amoris  
Fraterni paribus cingit utrinq; modis.


E

Hinc

Hinc alicis fando superas, linguæq; decore;  
Quem tibi Castaliis laurit Apollo vadis.  
Eloquio si rostra tuo resonare necesse:  
Nectareus roseo stillat ab ore favus.  
Si placidam pulsare chelyn, vel Apollinis arcum  
Tendere contingat; non Rhodu. inde tibi.  
Solvendum veniat demum si dogma Sophorum,  
Hoc bellè mentis lance librabis opus.  
Vnde sacri studii ætas intenta Lycei  
Spondet Palladio nil nisi magna polo.  
Sidereis ergo radiis, & flore virenti  
Vivas, pro metris hæc tibi dona fero.

Sub Felicissimis Auspiciis,  
Magnifici, Perillustris, & Reverendissimi Domini,  
D. M. M A T H I Æ  
P S O I E C K I,  
Sacrae Theol. & Iuris V. Doctoris & Professoris,  
Ecclesiarum Cathedralis Cracoviensis Canonici, Collegiarum,  
SS. Omnium Crac: Praeposit, Opatoviensis Decani, Curati in  
Osiek, Comubernii Jagelloniani Provisoris, S.R.M. Secretarii,  
Studii Almae Universitatis Cracoviensis,  
Generalis ac Vigilantissimi  
R E C T O R I S.





XVI. 23



624044 Bibliotheca 12000s.  
P.P. Camaldulensium in Bielany

Depozyt w Bibliotece Jagiellońskiej



06956

E. XVI. 23



624044 **Bibliotheca 120006.**  
**P.P. Camaldulensium in Bielany**

Depozyt w Bibliotece Jagiellońskiej



06956



uos dno  
com. & prac.

Lect. 1, Noct. de  
fer. *Due Miss. C.*  
com. prac. & fer.

M A J U S.

17 17 Sabb: Monica Vid. &c. Vesp. de sequ. com.  
Domin. & preced.

18 18 Domin. 5. post Pasch. Erii Reg Mart. dupl.  
9 lect. & com. Domin. CR. Credo dic. Vesp.  
Cap. de sequ. com. prac. item Domin. &  
S. ent. Virg.

J U N I U S.

19 v. Octava SS. Corporis Chr. In Vesp. com.  
sequ. & S. Silverij P. M.

20 20 vj. Æschili Ep. Mart. dupl. (fuit 12. huius)  
9 lect. & com. S. Mart. CR. In Vesp. com.  
sequ.

21 Sabb. Ubaldi Ep. Conf. semid. (fuit 16. Maij)  
in hym mut. CA. Vesp. ut in ordinar.

22 Domin. 3. Dedicat. &c. In Vesp. com. Do-  
min. & sequ.

23 23 ij. *Extra Cruc. Vigilia*, Venantij Mart. semid.  
(fuit 18. Maij) 9. lect. & com. Vigil. *Due Miss.*  
CR. & Viol. Vesp. de sequ. *sine comm.*

J U L I U S.

6 Domin. 5. in. 5. post Pent. Octava SS. Apost. In  
Vesp. com. com. Dom. & sequ.

7 7 *Cruc. Vena.* Venantij Mart. semid. (fuit 18. Maij)

CR. Vesp. à Cap. à Cap. de sequ. com. prac. *Extra  
Cruc. Mariæ Mariæ Magd. de Paz. Virg. semid. (fuit  
25. Maij.)* CA. CA. Vesp. ut supra.

14 14 *Cruc. Mariæ Mariæ Magd. de Paz. Virg. semid.*  
(fuit 25. Maij) CA. CA. Vesp. ut supra.

SS. Mart